tudinis intelligentia excludimus.

**Q**uid p ternariū significetur cū  
dicitur tres psonae. La. III e

**T**a etiā cū dicim⁹ tres  
psonas: noie ternariū nō quātitatē nūe-  
ri in deo ponim⁹: v̄l aliquā diuersitatē: s̄  
intelligentia nō ad aliū nisi ad patrē et filiū et  
sp̄m sanctū dirigēdā significamus: vt sit hu-  
iis dicti intelligentia. Tres psonae sūt: v̄l tres  
sunt pater et filius et sp̄ssanc⁹. i. nec tm̄ pa-  
nec tm̄ filius: nec tm̄ pater et filius in deita-  
te sunt/ sed etiā sp̄ssanc⁹/ et non aliis ab  
his. Sitr nō tm̄ est ibi hec psona vel illa/ vel  
hec et illa: sed hec et illa et illa et nō alia. Aug⁹, s̄d.  
fore intelligendū Aug⁹ satis ostēdit ybi di-  
tri.ca.9.b. Et h̄c dicit: q̄ illo nomine nō diuersitatē intelligi vo-  
luit: sed singularitatē noluit.

**Q**uid per duo cum dicitur/ due  
personae: vel pater et filius duo sūt. C

**C**apitulum III f

**S**imiliter cū dicit: duo  
sunt pater et filius: nō dualitat̄ quā-  
titatē ibi ponimus: sed hoc signifi-  
camus: q̄ nō est tm̄ pater/ nec tm̄ filius: sed  
pater et filius: et hic nō ē ille: ita et de alijs hu-  
iismodi. Ita etiā cū dicim⁹: pater et filius sūt  
due psonae: hoc significamus q̄ nō tm̄ pater  
est psona: nec tm̄ filius est psona: sed pater  
est persona: et filius ē psona: et hec nō ē illa.

**S**imiliter fmagistrū cū dicit: p̄t et fili⁹ et  
sp̄ssanc⁹ sunt plures psonae itel/ ric⁹ de vñ-  
ligit. i. nō vna: et sic de alijs: q̄ fīm cū hec noia numera maria,  
lia pure privatiua sūt. Sed cōmunit̄ et celebrioz opinio  
est q̄ positiva sunt. Scindū tm̄ q̄ p̄prie numerus nō est  
in personis: nec ternarius p̄prie nec quātitas/ sed tres  
vñitates: qui nō sunt partes numeri/ sed sunt relatiōes.  
Unde si quis concederet q̄ ibi esset numerus: diceret q̄  
nummerus nō esset quātitas/ sed relatio.

**E**x quo sēsu dicitur in psonis di-  
stinctio v̄l p̄sōe distincte. La. V g

**V**m aut̄ dicim⁹ distin-  
ctio sūt psonae: vel distinctio ē in pso-  
nis: pfusionē atq̄ p̄mixtionē exclu-  
dim⁹: et hāc nō ē illā significam⁹. Lūq̄ ad-  
dim⁹: distincte sūt psonae p̄prietatib⁹/ siue dif-  
ferentes p̄prietatib⁹: aliā ē hāc psonā/ et aliā  
illā suis p̄prietatib⁹ significam⁹. Et cū dici-  
mus aliā et aliā: nō diuersitatē vel alienati-  
onē ibi ponimus: sed confusione Sabellia-  
nam excludimus.

**Q**uō ibi accipiatur discretio. h

**I**ta et cū dicūtur discrete  
psone: vel cū dicit discretio in psonis eē ēā  
dē intelligētiā facit. Eodē em̄ mō ibi acci  
pit distinctio q̄ discretio. Et congrue dicit  
ibi esse discretio v̄l distinctio/nō diuersitas  
vel diuisio siue separatio. **Un** Ambro. in. s. li.  
trini. de trini. Non est ipse pater qui filius: sed in  
ter patrē t̄ filiū expressa distinctio est.

**Q**uomodo trinitas ibi accipia  
tur. **C**apitulum VI

**Q**uoniam vero dī trinitas:  
id significari videt qd significat cū  
dī tres psone: vt sic nō pōt dīci: p̄f ē  
tres psone: v̄l filiū ē tres psone: ita nō debet  
dīci: p̄f ē trinitas: vel filius est trinitas.

**Q**uocvidetur contrarium esse p̄  
dictis.

**H**ic nō ē p̄termittendū: q̄  
cū supra dictū sit deū/nec singulare/nec mul  
tiplicē esse cōstendū: id q̄ sc̄toꝝ auctorati  
bus sit confirmatū: in atriuū videt sentire  
**I**sido. dicēs. Distinguendū est inter trinita  
tē t̄ vnitatē. Est em̄ vnitatis simplex t̄ singu  
laris: trinitas v̄o multiplex t̄ innumerabilis:  
q̄ trinitas est triū vnitatis. Ecce vnitatē di  
cit esse singularē: t̄ trinitatē multiplicē t̄ nu  
merabilē. Sed ad hoc dicimus: q̄ singula  
rē accepit sicut t̄ alijs accipiunt vnu: multipli  
cē v̄o t̄ numerabilē sicut alijs dicunt triū.

**I**sta est distinctio. xiiii. i qua magister ostēsa  
significatiōe huius nomis psona: put su  
mū p̄ se: agit de significatiōe eiusdem: put sumū cū termis  
nūeralib⁹ libi adiūct⁹. Et circa h̄ tria facit. Nā p̄mo on  
dit: q̄ p̄ terminos nūerales i diuis excludit multiplici  
tas subalī. Sc̄do q̄ p̄ ipsos remouet solitudo psonalis.  
Terrio q̄ p̄ eoz distinctionē secludat p̄fusio psonalis.  
Primū facit a p̄ncipio distinctionis v̄sq̄ ibi: Itē etiā cū  
dicim⁹. Sc̄dm abinde v̄sq̄ ibi: Cū aut dicim⁹ distincte.  
Tertiū abinde v̄sq̄ ad fine distinctionis. Et tātū i gnali  
**I**n spāli snia mḡi stat i trib⁹. Apōnib⁹: q̄ p̄ma ē hec  
In diuis p̄ noīa numeralia ad vnitatē cēntie spectatia  
solā multiplicitatē excludim⁹. Hāc mḡi inuestigat q̄rē  
do q̄ p̄ terminos nūerales t̄ noīa ptinētia ad pluralita  
tē seu multitudinē seu distinctionē i diuis significet. Nā  
si vera dicunt deo: viden⁹ suū fcatū ponere in deo.  
Ad qd rūdēs mḡi dicit: q̄ p̄fatio talū noīm v̄l termio  
rū nō admittit i diuis ad aliqd ponēdū l̄z potius remo  
uedū. Qd declarat exēplo. Nā cū dicim⁹: de v̄n/vn⁹  
p̄f tñ: p̄ illū terminū nūeralē v̄n⁹/ nulla q̄ntitas v̄l nu  
mer⁹ i deo ponit: sed tñ deoꝝ aut alioꝝ excludit plura  
litas. Sc̄da. p̄pō ē hec. Per noīa nūralia pluralita  
tē exp̄metia i diuis: singularitatē t̄ solitudinē excludi  
m⁹ psionale. Hāc mḡi. p̄bat p̄ b qd dicit: q̄ cū dī: plurali  
tas psoneꝝ: nō multitudino ponit/lz singularitas et sili  
tudo excludit se tollit. Cū em̄ dicim⁹ tres: negam⁹ ibi  
esse solū duas. Et cū dicim⁹ duas: negam⁹ ibi esse solū  
vnā. Tertiū. p̄positio ē hec. Cū em̄ psonas diuinias  
distinctas eē dicim⁹: tūc eaz̄ cōfusionē et pmixtionē cō  
tra Sabellianū excludim⁹. Hāc. Apōnē mḡi. p̄bas dicit  
q̄ i noīe trinitatis et discretiōis: nō diuersitas i deo/po  
nit: sed cōmixtio t̄ p̄fusio negat: igit̄ r̄.

**Q**uid significatur cū dicitur plu  
raliter tres personē vel duę psoneꝝ

**C**apitulum I

**D**istin. XXV  
habet. 5. capi.  
cū eoꝝ. h.  
Quid signifi  
ces hoc nomine  
persona.

**R**ieterea consi

**O**derandū ē: cū hoc nomen psone  
na (vt p̄dictū ē) km̄ sbaz dīca: q̄ sit intelligētiā dicti cū plura  
lis p̄fer̄ tres psone vel duę psone: t̄ cū dici  
tur. Alia ē psona patrī: alia ē psona filij: alia  
est psona spūsceti. Si em̄ in his locutiōib⁹ p  
sonēvo cabulū cēntie intelligētiā facit: plu  
res cēntias p̄fiteri videmur: t̄ ita plures de  
os. Si v̄o cēntie significationē ibi nō tenet:  
alia ē huīnois ratio cū dīci. Paf ē psona:  
vel filius ē psona: t̄ alia cū dīci. Paf t̄ fili  
us t̄ spūsceti sunt tres psone: t̄ cū dī. Alia  
est persona patris: alia filij: t̄ hmōi.

**Q**uod videtur essentia secundū dīci:  
alia ē psona patrī: alia filij: siue tres  
personē: vt cū dicitur: pater est psone  
a: filius est persona.

**P**ersona em̄: vt supra ait

**A**ug. 7. detri  
ni. ca. 6. a.  
De noīe psone  
esse: sicut idē est ei esse qd deū esse. Un̄ ma  
nifeste colligit: q̄ essentiā diuinā p̄dicam⁹/  
dicētes: Pater est psona: filius est persona:  
spūsanctus est psona: id ē essentia diuina: t̄  
cū dīci: pater oīnino vnu t̄ idē significat noīe psone: id ē  
essentia diuina cū dīci: p̄f ē psona: t̄ filiū est  
psona: qd significat noīe dei cū dīci: paf ē  
deus: filius ē deus. Itē etiā idē significat  
cū dīci: deus ē deus: t̄ deus ē psona. Ulro  
q̄ em̄ noīe cēntia diuina intelligit: q̄ vtrū  
q̄ km̄ substatiā dīci. Cū v̄o dīci: pater t̄ fi  
lius t̄ spūscetus sunt tres psone: qd noīe p  
sonē significam⁹/ an cēntia? Hoc em̄ videt  
si supraposita verba Augl. diligēter scrute  
mur. Sup̄ em̄ dixit: q̄ ideo tres psonas di  
cimus: q̄ id qd psona est/cōe est tribus. Et  
itē q̄ pater est psona: t̄ filius ē psona: t̄ spi  
ritus sanctus est psona: ideo tres psone dicū  
tur. Vide ergo eandē tenere significatio  
nē hoc nomen psona: cū dīci tres personē:  
quā habet cū dīci: pater est psona: filius ē  
psona: spūsanctus est psona. Quia vt ostē  
dit Aug: hoc dīci: id est tres psone: ppter  
illud: q̄ id quod persona est cōmune est eis  
Id ergo qd cōmune est eis: id est patrī et fi  
lio et spūsancto: videt significari noīe per  
sonē: cū dīci tres personē.

**A**liter etiā videtur posse ostendi  
q̄ secundū essentiā dīcatur: etiā cū  
pluraliter p̄fertur.

**A**lit̄ etiā videtur posse ostē  
di: q̄ ibi noīe psone significat cēntia cū dī  
ci tres psone. Ut em̄ supra dixit Aug. Ea  
ca. 4. a.

# Liber

## I

# Capitulum II et III

necessitate dicimus tres personas: ut risidere  
mus querētibus qd tres vel qd tria. Cū er-  
go querit quid tres vel qd tria: conuenien-  
ter rñdet cū dicit tres personae. At cū querit/  
qd tres vel qd tria? Per qd de essentia que-  
rit. Hō em inuenit qd illi tres sint nisi essen-  
tia. Si ergo questioni recte rñdemus: opos-  
tet vt rñdendo essentiā significem⁹: alioqñ  
nō ostēdim⁹ qd tres sint. Si xo rñdētes eēn-  
tiā significamus: ipsam essentiā personae no-  
mine intelligimus/cū dicit tres personae.

**O**pinio quorūdā qui putat essen-  
tiā significari nomine personae cū dici-  
mus tres personas. **Capi. II**

*Aug⁹ vbi. 5. d*

**Q**uidib⁹ dā videt qd no-  
mine personae significet eēntia: cū di-  
cit tres personae. Prop̄ ea: qd Aug⁹  
dicit ideo dici tres personas: qd cōmune ē eis  
id qd est persona. Ut sit talis intelligētia. Pa-  
ter et filius et spūssantus sunt tres personae  
i. sunt tres id habētes cōmune qd est persona  
id est: tres sunt quorū quisq; est persona i.  
essentia. Sed quō iuxta hāc intelligētia di-  
cef: alia ē persona patr⁹: alia filij. Et hoc eti-  
am ita volunt intelligere. s. aliis ē pater/ et  
aliis ē filius: id tñ cōe habētes qd ē persona.  
*Aug⁹. 7. de tri. ca. 6. c.* Et hoc p̄fīmat auctoritate Augl. qd in. vii.  
li. de trini. ait. Tres personas eiusdē eēntie/vl  
tres personas vna eēntia dicimus. Tres autē  
personas ex eadē essentia nō dicimus: qsi ali-  
ud ibi sit qd essentia est: aliud qd persona est.  
Hac auctoritate et p̄missis conātur asserere  
in p̄dictis locutiōibus: nomen persona eēntia  
significare. Sed qd rñdebunt ad id qd ipse  
*Aug⁹ de fide ad Petr⁹ ca. 1. d.* Aug. in li. de fide ad Petr⁹ dicit. s. qd aliis ē  
pater in persona siue personalis: ali⁹ personalis fi-  
lius: ali⁹ personalis spūssantus. Quō em persona  
lit p̄: ali⁹ personalis filius: ali⁹ personaliter  
spūssantus: si in esse personā oīno p̄ueniūt. i. si  
persona eēntie tñ intelligētia facit. Ideo no-  
bis vide aliter hoc posse dici cōgrēti⁹ iux-  
ta catholicōz doctoz auctoritates.

**Q**uod hoc nomen persona tripliciter in  
trinitate accipitur: et hec est utilis  
et catholica doctrina de persona et  
personis.

**S**ciendū ē igit̄ qd hoc no-  
mē persona multiplicem intelligētia facit/nō  
*Hylar. 4. de trini.* vna tm̄. Et vt Hyla. ait in li. iii. de trini. In  
telligētia dictoz ex causis est assumēda di-  
cēdi: qd nō sermoni res/ sed rei sermo subie-  
ctus ē. Discernētes ergo dicēdi causas: hu-  
ius nomis. s. persona significationē distingui-  
mus dicētes: qd hoc nōmē. s. persona p̄pē fm  
sbam dr et eēntia significat: sicut sup̄ ostēdit  
*Aug. 7. 5 tri. ca. 4. a.* Aug. cū dr; de' ē persona; p̄pē ē persona. Quadā

tñ necessitate: vt sup̄ dixit Aug. trāslatū ē  
nomē: vt pluralis dicere tres personae: cū ḡre  
ret qd tres v̄l qd tria: vbi nō significat eēn-  
tiā. i. naturā diuinā qd cōis ē trib⁹ personis/ sed  
subsistentias v̄l hypostases fm grecos. Gre-  
ci q̄pe (vt supra dixit Aug.) aliter accipiūt  
subaz. i. hypostasim/ alif nos. Nos em sbaz  
dicimus eēntia siue naturā: Personas autē  
dicimus sicut illi dicūt subaz. i. hypostases.  
Si ḡ nos ita accipimus personas vt illi acci-  
piūt sbaz vel hypostases. At illi alif accipi-  
unt hypostases qd nos substatiā: alif ḡ nos  
accipimus personas qd sbaz. Cū ergo dicim⁹  
tres personas: nō ibi persona noīe eēntia signi-  
ficamus. Quid ergo dicim⁹? Dicim⁹ qd tres  
personae sunt. i. tres substatiā. s. tres entes: p̄ qd  
greci dicunt tres hypostases.

**O**stendit verba Augustini cōue-  
nire huic sentētie.

**E**thic sēsus adiunatur ex

verbis Aug. p̄missis/ si interius intelligent.  
Quia em patr̄ ē persona. i. eēntia: et filius ē per-  
sona/ et spūssantus persona: ideo dicunt tres per-  
sonae. i. tres substatiā/ tres entes: nisi singu-  
lus eoꝝ eēt persona. i. eēntia. Quia ḡ eis cōe-  
st id qd ē persona. i. eēntia: id recte dicūt tres  
personae. i. substatiā vel substatiētes: Ut sic  
essentia que eis ē cōis vere ac p̄prie ē: ita illi  
tres vere ac p̄prie substatiā vel entes intel-  
ligant. Ideoq; Aug⁹ causas dictoz discer-  
nes dicit: tres personas esse vna eēntia v̄l tri. ca. 6. c.

**Q**uod bieictiō illorū hic respōdet: qd  
nitūtur probare personas secūdū es-  
sentia accipi: qd respōdem⁹ querēti-  
b⁹ quid tres v̄l quid tria. **Capi. III**

**D**hoc autē quod il-  
li dicunt cū querit: qd tres vel tria  
de essentia querit: qd nō inuenit  
quid illi tres sint nisi eēntia: p̄ hoc volētes  
nos inducere: vt nomine persona eēntia in-  
telligamus: cū respōdem⁹ tres personas: ita  
dicimus. Indubitabiliter verū est: quia nō  
inuenit vnu aliquid qd illi tres sunt nisi es-  
sentia. Unū em sunt illi tres. i. essentia diui-  
na. Unū veritas ait: Ego et pater vnu sum.  
Verūtamē cū querit/ quid tres vel qd tria:  
nō de essentia querit: nec ibi quid ad essen-  
tiā refertur. Sed cum fides catholica tres  
esse p̄fiteret: sicut Joānes in ep̄la canonis  
*Jo. 10. 31.*

## Distinctio XXV

**I.** Jo. 5. b ca ait. Tres sunt q̄ testimoniu[m] p[ro]hibet in ce-  
lo: querebat quid illi tres essent. i. an essent  
tres res: et que tres res: et q̄ no[n]e ille tres res  
significarent. Et ideo loquendi necessitate  
inuentum est hoc nomen persona ad respon-  
dendum: et dictum est/tres personae.

**C**Quid tres res et quid una res  
hic dicitur. h

**N**ō autem te moueat q̄ dixi-  
mus/tres res. Nō enim h[ab] dicentes diuisar[unt] re-  
nuer[unt] ponim[us] in trinitate s[ed] ita tres res dici-  
mus/ut easde esse vna quādā sumā rē sit/  
Aug⁹. i. de amur. Unū Aug⁹ in. j. li. de doct. christia. sic  
doc. christi.  
ca. 3. et. 5.  
ait. Res qb[us] fruēdū ē nos btōs faciūt. Res  
ergo qb[us] fruēdū ē: sūt paf[er] et fili[us] et spūsctūs.  
Eadēq[ue] trinitas vna qdā sumā res ē: cōfici  
fruētibus ea: si tñ res et nō rex omniū causa  
sit. Nō enim facile p[otest] inueniri nomē qdā tāte  
excellētiē cōueniat: nūsi qdā melius dicit: tri-  
nitatis hec vnuus deus. Hic ergo tres res di-  
cunt: et hec sunt vna res: ita tres subsistentiē  
dicunt: et hec sunt vna essentia. Ecce ostend-  
sum est/q̄ sit intelligētiā huius nois p[er]sona:  
cum dicimus tres personas.

**E**x quo sensu dicatur alia est per-  
sona patris: alia filii: alia spiritus san-  
cti. Capl'm III i

**D**unc inspiciam⁹ vtrū  
Nm eadē rōne et cām dicat: alia ē p[er]  
sona p[ri]s: alia filiū: alia spūsctūs.  
Qd vtrig[ue] sane intelligi p[otest]: vt sit sensus talis.  
Alia ē subsistētia vel hypostasis patr[is]: alia  
subsistētia filiū: alia subsistētia spūsctūs. Et alia  
subsistētia paf[er]: alia filius: alia spūsctūs.

**Q**uomo do hec intelligātur: ali⁹  
in persona pater: ali⁹ filius: ali⁹  
spiritus sanctus. k

**D**einde q̄ritur: vtrū scđm  
eadē rōne accipiat cū dicit: Alius est p[er] in  
persona: ali⁹ in persona filius: ali⁹ in persona spūsctūs:  
sive ali⁹ p[er]sonalis p[er]: ali⁹ p[er]sonalis fili⁹:  
ali⁹ p[er]sonalis spūsctūs. Ad qdā dicim⁹: qz et si  
possit eodē mō accipi: cōgruent⁹ tñ ex rōne  
dicti alia variaſ intelligētia: vt h[ab] p[er]sonē no[n]  
p[er]petas p[er]sonē intelligat: vt sit sensus talis.

**P**ersona h[ab] p[er]sonalit[er] paf[er]. i. p[er]petate  
sua paf[er] ali⁹ ē qz fili⁹: et fili⁹ p[er]petate sua ali⁹  
qz paf[er]. **P**af[er]nali em[us] p[er]petate distinguunt hy-  
postasis patr[is] ab hypostasi filiū: et hyposta-  
sis filiū filiali p[er]petate discernit a patre: et  
spiritus sanctus ab vtrig[ue] processibili pro-  
prietate distinguitur.

**Q**uod secundū hunc modū etiā  
in predictis locutiōibus potest ac-  
cipi. l

## La. IIII et V Fol. 33

**H**oc etiā mō sane p[otest] ac-  
cipi p[er]sona in p[er]missis locutiōib[us] cū d[omi]n[u]s alia ē  
p[er]sona p[ri]s: alia filiū. i. alia ē p[er]petas q̄ paf[er] ē  
paf[er]: alia q̄ fili⁹ ē fili⁹: alia q̄ spūsctūs ē spūs-  
ctūs. Ita etiā no[n]e p[er]sonē qdā p[er]petates in-  
telligere volūt cū dicunt tres p[er]sonē: s[ed] me-  
lius ē vt subsistētias vel hypostases intelli-  
gamus cū dicimus/tres p[er]sonas. **E**x p[re]dicti  
colligit q̄ nomen p[er]sonē in trinitate triplicē  
tenet rōne. **E**st em[us] vbi facit intelligentiā es-  
tentie: et ē vbi facit intelligentiā hypostasis;  
et ē vbi facit intelligentiā p[er]petatis.

**A**uctoritatibus sanctorū ostēdit  
quod dixit. Capl'm V m

**Q**uād autē scđm sub-  
statīā dicat/ et essentiā aliquā signifi-  
cat/sup[er] ex dicti Augl. apte ostēdi-  
mus. **O**do p[er] hypostasi atq[ue] p[er]petate acci-  
piat: ex auctoritatib[us] sctōy ostēdi oportet:  
ne p[er]iecturā nostris aliqd ausi dicere videa-  
mur. **D**e h[ab] Hiero. in expositōe fidei catholi  
ce ad Alippiū et Augl. ep[os] ita ait. Nō em[us]  
p[er]sons aliq[ue]s in trinitate g[ra]duis: nihilq[ue] qdā in  
feri⁹ supiūs ve dici possit: s[ed] tota diuitas sui  
p[er]fectiōe eq[ue]lis ē: vt exceptis vocabulū q[ue] p[er]  
petatē indicat p[er]sonāꝝ/q[ue]cqd de vna p[er]sonā d[omi]n[u]s  
de trib[us] possit dignissime intelligi. Atq[ue]t cō-  
futatē Arrū/vna eandēq[ue] trinitati dicim⁹  
esse essentiā vel subaz: et deū vnu in trib[us] p[er]  
sonis fatemur: ita etiā p[er]petatē sabellij decli-  
nates/tres p[er]sonas exp[ress]as sub p[er]petate di-  
stinguimus: nō ipm sibi patrē: nō ipm sibi fi-  
liū: nō ipm sibi spūsctūs esse dicētes: s[ed] alia  
patr[is]/alia filiū/alia spūsctūs esse p[er]sonā. Non  
em[us] noia tñmō/s[ed] etiā noim p[er]petates. i. p[er]  
sonas: vel vt greci ex p[er]mūt hypostases. i. sub-  
stētias p[er]temur. Nec paf[er] fili⁹ vel spūsctūs p[er]  
sonā aliquā excludit: nec fili⁹ vel spūsctūs pa-  
tris nomē p[er]sonāꝝ recipit: s[ed] paf[er] semper paf[er]: et  
fili⁹ sp[iritu]s filius: et spūsctūs sp[iritu]s spūsctūs: Itaq[ue]  
suba vnu sunt/s[ed] p[er]sons ac noib[us] distingui-  
tur. Ecce h[ab] apte dicit Hiero. p[er]petates eē p[er]  
sonas: et p[er]sons esse subsistētias. Unū mani-  
festū fit qdā diximus. s. p[er]sonē no[n]e significari  
et hypostasim et p[er]petatē. Ioa. etiā Dām. p[er]  
sons dicit esse hypostases: et eas dīc entes/  
ita inquiēs. In deitate vna naturā confite-  
mur: et tres hypostases km veritatē entes:  
id est personas.

**A**sta est distinctio. xxv. in q̄mag[ue] postq[ue] egit s[ed]  
in dīuis: cōp[er]it agere de qdā no[n]e qdā horū recipit ad-  
ditionē. s. de h[ab] p[er]sona. Et circa hoc tria facit. Nā p[er]  
mo ostēdit qdā significat cū d[omi]n[u]s tres p[er]sonē vel due p[er]sonē.  
Sed qdā p[er]portat p[er] hoc cū d[omi]n[u]s alia p[er]sona patr[is]: alia fili⁹  
alia spūsctūs. Tertio qdā denotat cū d[omi]n[u]s: Ali⁹ ē h[ab] p[er]sona p[er]  
ali⁹ fili⁹ et c. Primū facit a p[er]cipio distinctiōis vlg[ue] ibi:  
Hic incipim⁹. Secundū abinde vlg[ue] ibi: Deinde q̄rit vtrū.  
Tertium h[ab] vlg[ue] ad finē distinctiōis. In speciali sūta

# Liber I

magistri stat in tribus positib; qz pma ē hec. **N**ec hoc nō psona qnqz stat, i. supponit p essentia. Hac ppositione magis inueitigās qrit cū dī pluralitē: pātē t filius t spūscūs sunt tres psonae vel cū dī singularitē: alia ē psona patris: alia psona filii: alia psona spūscū: qd ibi significet nōme psonae. **S**i enī essentia significet: igit̄ variat significatio psonae in singulari t in plurali: qd videt inuisitū. **P**oitea obiect ad alterā p̄tē dicendo qd tā in singulari v̄l in plurali essentia significet. **N**ā autē in singulari essentia significet pbat et his qdā dixerat. Et qd in plurali essentia significet pbat duab; rōnib;. **P**rima est bī Aug. dicēris: Cum dicim̄ tres psonas: significamus illud qd eō ē pātē t filio t spūscū: s; nihil ē cōē eis nō essentia: igit̄ nōme psonae pluralis sumptu significat essentia. **S**eunda rō talis ē. Quid qrit de essentia lib: interrogātib; em̄ qd ē essentia: rūdem̄ tres psonas: igit̄ hoc nōme persona in plurali significat essentiam. **S**ecunda ppositio ē hec. Hoc nōme psona capis qnqz p hypostasi vel subsistētia. Hac magis pbat ponēdo op̄ionē p̄pādīt: qd licet nōme psonae de se significet subsistētia tū trāsserit qnqz ppter penuria vocabulorū ad significandū suppositū vel hypostatū. **N**ā sensus ē. Pater filius t spūscūs sunt tres psonae. i. tres hypostases vel tres subsistētes. **C**terta ppositio ē: Hoc nōme psona multoties supponit p̄prietate psonali sub eius differētia. Hac magister pulchre pbat in textu p auctoritates t exempla: igit̄ tē.

**D**istin. XXVI  
t̄ habet. 6. ca.  
cum eorum. h.  
De his qd prie  
t etinalit̄ dicū  
tur de deo fīm  
relationē siue  
p̄petratē psonalē fīm qd ip  
sis psonis assi  
gnantur.

**H**ieronymus. mū audiamus qd de hoc nōme hypostasis

**H**iero. dicit. **A**it enī sub hoc nōme venenum latere. **S**z hoc dicit fīm qd heretici eo vtebātūr / vt simplices seduceret. l. p psona t p essentia: vt siue diceref vna tm̄ hypostasis / siue tres: minus peritos ad incōueniēt deducēt: cū nō erat hoc nōme ita apud catholicos vulgatū: nec ita eius significatio deter

**H**ieronymus minata vt mō. Et ideo Hiero. dicit b noīe ad damasum nō vtendū fore sine distinctiōe vel expositiōe: tūc. l. qd cū hereticis p̄tēdebat: ita scribēs de fide catholica ad Damasum papā. Ab arrianoz psonae hypostasson nouellū nō men a me hoīe romano exigit. Interrogamus: qd tres hypostases arbitrent̄ intelligi: Tres psonas subsistētes aūt. Rūdem̄ nos ita credere. Nō sufficit eis sensus. **I**m̄ nōme efflagitat: qd nescio qd veneni in syllabis latet. Clamamus: Si qd tres hypostases. i. tres subsistētes psonas nō p̄fit: anathema sit. Si qd aut̄ hypostasim vñā intellegens / nō tribus psonis vñā hypostasim in dicit: alienus a christo est: qui. l. tres hypostases dicēs sub nomine pietatis tres natūras conat̄ asserere. Sufficiat nobis dicere vñam substātiā et tres psonas perfectas/ equales: faceamus tres hypostases/ si placet. Nōme hoc nō bonę suspiciois est: cū in

# Capitulū I et II

codē verbo sensus dissentīt. Aut si rectum putatis: tres hypostases cū interpretationib; suis debere nos dicere nō negamus. **S**z mihi credite: venenū sub melle latet. **T**raſfigu. 2. Cor. 11. rat em̄ se angelus sathanē in angelū lucis. His verbis non negat vtendū elle nōme hypostasis: sed hereticos eo praueros ostendit: cōtra quos cautela opus erat in distinctione significatiōis: alioqñ sibi p̄diceret qd supra tres hypostases confitetur.

**D**e proprietatibus personarū et de nominib; earum relatiūis.

## Capitulum II

**T**am de p̄prietatib; psonaz videamus: qd etiā notiōes siue

relatiōes in scriptura plerūq; dicunt̄ in illa sc̄tā trinitate: qd ideo a nobis repetit vt cordi nostro tenacius infigat. **A**it Aug. in lib. de fide ad Petru. Aliud ē genuisse qd natū esse: aliudq; ē pcedere qd genuisse vel natū esse. **N**ā manifestū ē: qd aliud ē pater/ aliud filius/ aliud spūscū. Et ē p̄priū solius patris: nō qr nō ē natus ipse: s; qr vñū filii genuerit: p̄priūq; solius filij: nō qr ipse nō genuit: s; qr de patris essentia natus ē: p̄priū vñ spūsancti ē: nō qr nec natus ē ipse/ nec genuit/ sed qr solus de patre filioq; procedit. Ecce breuiter assignauit tres propriates trium personarū: quarum vñā non est alia. Hoc enī significauit cum dixit: Aliud ē genuisse qd natū esse: aliudq; procedere: id ē alia proprietas siue notio est generatio/ t alia natūitas/ alia processio que alijs nomib; dicunt̄ paternitas/ filiatio. Has propriates designant nomina psonarū. l. pater/filius t spūsanctus: que relationes sunt ad seiniūcē dicunt̄: qr notant relationes que non sunt deo accidentales/ sed in ipsis psonis ab eterno sunt imutab; liter: vt nō modo appellatiōes sunt relationes/ sed etiam relationes siue notiōes in rebus ipsis. l. in personis sunt.

**N**ō omnia que de deo dicunt̄ secūdū substantiā dicunt̄: que dā enim secūdū relationē dicunt̄: nō il tamē secūdū accidēs.

**Q**uocirca sciendū est non

omne quod dicitur de deo dici fīm substantiam: quia quedam dicuntur fīm relationē que non est accidens: quia non est mutabilis.

**U**nūl in deo fīm accidens dicitur: quia nīt̄ ei accidit. Nec tamen omne quod dicitur fīm substantiā de deo dicit. In rebus creatūtib; mutabilibus quod nō fīm substantiam dicit: restat ut fīm accidens dicitur. In deo,

Aug⁹ de f.  
de ad part⁹  
ca. 1. b. in f.  
et ca. seq. a.

Quid sit p.

priū patr⁹

tr̄s dāc.

ca. 1. b. in f.

et ca. seq. a.

spūsanctū

qd fili⁹ qd

spūsanctū

latiū qd

tāt ipsa

latiū qd

# Distinctio XXVI La. III et IIII fol. 34

aūt nihil qđē fīm accidens dicit; qz nihil in eo mutabile ē aut amissibile. Nec tñ oē qđ dicit d̄ deo fīm substātiā dicit. Dicit em ad aliquid sīc pater ad filiū / t̄ filius ad patrē: qđ nō est accidēs: qz t̄ ille semp est paf / t̄ ille sp̄ est filius: t̄ ita semp: qz semp natus est filius nec c̄p̄it vñqz esse filius. Qz si aliqui esse c̄p̄isset: aut aliqui desineret esse filius / fīm accidēs dicere. Et qz paf nō dicit paf nisi ex eo q̄ ē ei filius: t̄ filiū nō dicit filius / nisi ex eo q̄ habet patrē / nō fīm substātiā hec dicunt: sed ad inuicē ista dicunt: neqz tñ fīm accidens: qz t̄ qđ dicit paf / t̄ q̄ dicit filius / t̄ eñū atqz incomutabile ē eis. Ecce apte his ḥbis ostē dicit qđā dicit de deo fīm substātiā / qđā fīm relationē: nihil tñ fīm accidēs. Ostēdicit etiā p̄prietas patris esse q̄ habet filiū: t̄ p̄prietas filiū q̄ habet patrē. Ideo qz cū dicit eter nū t̄ incomutabile esse qđ paf dicit / t̄ qđ filius dicit: ita intelligi voluit. i. p̄prietas q̄ pater ē pater / t̄ p̄prietas qua filius ē filiū / eñā ē t̄ incomutabilis: qz t̄ paf semp paf / t̄ filius semp filius. Unū t̄ Hylarius p̄petates p̄prietate p̄a tris / et filiū p̄sonaz assīgnās in. xij. li. de tri. ait. Si semp determinat patri p̄prium est q̄ semp ē pater: necesse ē semper filio p̄prium esse q̄ semp ē filius. Ubi em̄ semp pater est / semp / t̄ filius est: ergo qui nō semp pater est / nō semp genuit. Item in eodem. Plato deo manifestum est p̄prium es/ q̄ filius est.

*Addit. hen.  
ria de vuri/  
maria.*

Dicitur q̄ notiōes multe sunt opiniōes. Quidā dicunt q̄ notiōes nō sunt nisi in mō loquendi. Isti dicūt / q̄ oīno idē ē p̄r qđ pānitas. Et q̄ pānitas dīmos / dīloquēdi: sicut cū dīro: rogo clementiā tuā. i. rogo te clementē. Isti etiā dicūt / q̄ p̄sonae a seip̄is differunt / t̄ reserunt ad inuicē. Alij dicūt q̄ notiōes sunt / s̄z dicunt q̄ tñ sunt tres notiōes. i. pānitas / filiatio / p̄cessio. Isti dicūt q̄ notiōes sunt ab etiō / t̄ p̄sonae sunt: t̄ deus sunt: nō tñ dicūt q̄ suppositi notiōes supponant p̄sonā: qđ p̄mi dicūt. Porretani dicūt q̄ notiōes reuera sunt / s̄z nec p̄sonae nec deo sunt: nec in p̄sonis sunt: s̄z p̄sonis insunt. Isti dicūt infinitas notiōes esse. Dicit em q̄ qđā notiōes sumunt fīm essentiā: vt ille q̄ significant bis noībus eq̄tis / s̄līs / coēfūs: q̄ fīm istā opinionē copulat mere notiōes sive p̄prietates p̄sonar. Quedā sunt p̄sonales: vt pānitas / filiatio: t̄ hui⁹ cōis / t̄ celebris opinio ē q̄ notiōes sunt qñqz. i. pānitas / inascibilitas / filiatio / p̄cessio / cōis spiratio. Et q̄ notiōes p̄sonae sunt: t̄ q̄ deo sunt. Et nota q̄ sicut essentiā ē p̄sona / t̄ tñ supponit essentiā / nō supponit p̄sona. Ita licet notio sit p̄sona: tñ supponit notio nō supponit p̄sona: t̄ hoc ideo: qz non cōuenit notio qđ cōuenit p̄sonae: t̄ ecōuerso. Notio em̄, p̄prie cōuenit distinguere: sed p̄sonae tñ distinguit.

Quare dicatur esse propriū vni/ geniti q̄ ē filiū dei: cū etiā homines sint filii dei. La. III

Hōies em̄ filii dei sunt factura / nō natuūta/ tis p̄petate: deus aūt filiū originis p̄petate filiū ē / t̄ veritate natuūtatis: nō factura vel adoptione: t̄ illi quidem ante sunt qđ filii dei sunt. Sunt em̄ filii / nō nascunt filii dei.

**Notandum** q̄ hoc dupl̄ p̄t intelligi. Uel qz Egidius de inq̄tū eius imaginē gerimus. Uel B̄tu ad recreationē: qz sum⁹ cl⁹ filiū inq̄tū cl⁹ grām p̄ adoptionē suscipimus.

Eī creatio / recreatio quedā factura dici potest.

**Uñ Hylarius** solū deū natū originis p̄prietate dei filiū os̄dēs inter ip̄m / t̄ hoies fi/ lios dei euidentissime distinguit. in. xij. li. de tri. ita dicēs. Vero patri solus q̄ ex deo na/ scis vere filius est / t̄ nos qđē filiū dei sum⁹ / s̄ p̄facturā. Fuim⁹ em̄ aliqui filii iracūdīe: s̄ fi/ lii dei p̄ adoptionē effecti sum⁹ poti⁹ q̄ na/ scimur: t̄ qr̄ om̄ne qđ fit ante q̄ fit non fuit: nos cū filii nō fuīsem⁹ / efficimur. Ante em̄ filii nō eram⁹: s̄ p̄ grām facti sumus: nō nati neqz generati / sed acq̄sici. Acq̄sici em̄ nos deus sibi: t̄ p̄b̄ dicit nos genuisse. Genuisse em̄ deū filios / nunqz cū p̄prietatē signifi/ catiōe cognoscim⁹ dici. Ex adoptiōe em̄ hō factus ē filiū dei / nō ex generatiōe: neqz ei p̄prietas ē / s̄ nūcupatio: ac p̄ id nō vere filiū ē: qz nec p̄prie natus dicit: nec semp fuit filiū.

Unigenitus aūt deus / nec fuit aliqui nō filius / nec fuit aliqd ante q̄ filius / nec q̄cōs ip̄ se nō filius. Atqz ita q̄ semp ē filiū nascibili/ tatis p̄prietate ac veritate filius ē solius q̄ genuit: t̄ ille tñ q̄ genuit paf ipsius ē: qz sic ille filiū originē / ita ille pater generatiōe.

Or hō dicitur filius trinitatis: et trinitas p̄t dici pater hominum.

**Capitulum III**

**Omo vero q̄ filiū dei**

Iest factura: nō tñ p̄ris / s̄ t̄ filiū / t̄ spūs sancti filius ē. i. totū trinitatis: t̄ tri/ nitas ipsa paf ei⁹ dicit p̄t. Unū Aug⁹ in. v. li. de tri. dicit. Nō p̄t dici trinitas p̄f: nisi for/ te trāslatiue ad creaturā / p̄p̄ adoptionē fi/ lior. Qđ em̄ scriptū ē. Audi israel dñs deus Deuter. 6.2 tu⁹ / de⁹ vñ⁹ ē: nō vñqz excepto filio / aut spū/ scō oportet intelligi: quē vñū dñm deū no/ strū recte dicimus: etiā patrē nostrū p̄ grām suā nos regenerantē. De b̄ etiā Hylarius in Hyla. 6. de tri. vi. li. de tri. ait. Oib⁹ p̄ fidē de⁹ pater ē: qb⁹ ē pater p̄ eā fidē q̄ Iesum christū dei filiū p̄fi/ temur. Ecce ostēsum est: q̄re p̄prium dicatur esse dei nati q̄ filius ē: qz s̄ ipse solus natus p̄prie dicit. Unū Hylarius in li. iiij. de tri. ait. Idē. 5. de tri. dñs dices: Clarifica filiū tuū: nō solo noīe Jo. 17.2 p̄testatus est se esse filium / sed t̄ p̄prietate. Nos filii dei sumus: sed nō taliſ hic filius. Hic em̄ verus / proprius est filius origine / non adoptione: veritate / non nuncupatio/ ne: natuūtate / non creatione.

# Liber I

# Capitulum V et VI

Egidius de Notandū q̄ circa filiationē christi tres fue  
Roma

Fotini: q̄ posuerūt christū esse dei filiū adoptiōe: nō so-  
lū origine: qr̄ in chris̄ duas psonas siue duo supposita  
posuerūt. Ali' fuit Gabellii: q̄ eo q̄ studit psonas non  
posuit filiū vere esse filiū: neq; patrē vere patrē: s̄z solū  
posuit eū filiū nūcupatiōe nō veritate. Terti' fuit Arriū  
qui separauit substātias: vñ dicit dei filiū esse creaturam.  
Vñ posuit eū filiū creatiōe nō natuitate. Hos tres er-  
tores elidē magister alt̄ cōtra Fotinū t̄ Nestoriū: qz  
dei filius ē filius origine nō adoptiōe. Addit̄ h̄ Gabel-  
liū: q̄ est filius veritate nō nūcupatiōe. Subiungit h̄ Ar-  
riū: q̄ ē filius natuitate non creatione.

Q̄ spūsctūs dicitur proprie donū dei: qr̄ proprietate ē donū vt filiū  
natuitate: et vtrōq; mō dicitur re-  
latiue et secundū eadē relationem.

## Capitulum V

T̄ Ta etiā de spūsctō di-  
cendū est q̄ pprie dicit̄ donū dei: cū  
tñ t̄ alia plura sint dona dei. S̄z spūs-  
ctūs ita pprietate imutabili t̄ efna donū  
est/ s̄c filiū pp̄petatē ē filiū. Eo em̄ dr̄ donū q̄  
spūsctūs: t̄ vtrōq; vtiq; noie relatiue dicit̄  
eadēq; relationē dr̄ spūsctūs t̄ donū: licet ip-  
sa relationē nō ita appareat in h̄ noie spūssan-

Aug. 5. detri ctus: s̄c in h̄ noie donū. Vñ Aug. in. v.lib.  
ni.ca.ii.b.

Quid sit spūs-  
ctūs.

de tri. ait. Spūsctūs q̄ nō ē trinitas/ s̄ in tri-  
nitate intelligit: in eo q̄ pprie dr̄ spūsctūs/  
relatiue dr̄: cu t̄ ad patrē t̄ ad filiū refert: qr̄  
spūsctūs t̄ patris t̄ filiū spūs ē. S̄z ipsa rela-  
tio nō appetat in h̄ noie. Apparet aut̄ cū dr̄/  
donū dei. Donū em̄ ē patris t̄ filiū: qr̄ a p̄f-  
pedit t̄ a filio. Ergo spūsctūs ineffabilis  
quēdā patris filiūq; cōio est. Et ideo fortas-  
se sic appellat̄: vt iā diximus: nec iterare pi-  
get: qr̄ patri t̄ filio pōt eadē appellatio con-  
uenire. Nā hoc ipse pprie dicit̄ qđ illi cōif:  
Quia etiā pat̄ spūs t̄ filiū spūs t̄ pat̄ sc̄tūs/  
t̄ filiū sc̄tūs. Ut ergo ex noie qđ vtrōq; cōue-  
nit vtrōq; cōio significet: vocat̄ donū am-  
boꝝ spūsctūs. Ecce habes q̄re spūsctūs p-  
prie dicit̄ donū: t̄ q̄ relatiue dicit̄ siue do-  
nū/ siue spūsctūs. Et q̄ nomē sibi pp̄ru te-  
net qđ cōif patri t̄ filio cōuenit/ s̄ diuisim.  
Ecce est sciendū: q̄ cū pater vel filius dici-  
tur spiritus siue sanctus: neutrū relatiue di-  
cit̄/ sed fm̄ substantiam.

An pat̄ vel filiū vel trinitas ipsa  
possit dici spūsctūs.

Hic q̄ri pōt vtrū patervel  
filiū vel etiā ipsa trinitas possit dici spūssan-  
ctus: s̄c disiūctum dicit̄ t̄ spūs t̄ sc̄tūs. De h̄  
Aug. vbi. 5. a Aug. in. v.lib. de tri. sic ait. Trinitas nullo  
mō pōt dici filius: spūs vñ sc̄tūs pōt quidē  
vniuersalit̄ dici fm̄ id qđ scriptū ē: Qm̄ de  
Io. 4. d. spūs est. Itaq; pater t̄ filius t̄ spūsctūs qm̄  
vn̄ deus ē: t̄ vtrōq; deus sc̄tūs est/ t̄ dē spūs  
est/ pōt appellari trinitas t̄ spūsctūs. S̄z tñ

tūc spūsctūs relatiue nō diceſ fm̄ essentiā:  
qr̄ pprie spūsctūs q̄ non est trinitas/ sed in  
trinitate dicitur relatiue.

Quidā putat̄ spiriſtū sanctū nō di-  
ci relatiue ad patrē et filiū: qr̄ nō vi-  
cissim respondent sibi vocabula s̄z  
falso.

## Capitulum VI

Q̄ sanctū vñ donū nō dici relatiue ad  
patrē vel ad filiū. Si em̄ inquiunt  
hec relatiue ad se dicunt: suis inuicē sibi re-  
spondet vocabulis: vt s̄c dicit̄ pat̄ filiū pa-  
ter t̄ filius patris filius: ita dicit̄ pat̄ spūs-  
sancti vel doni pat̄: t̄ spūsctūs vñ donū pa-  
tris spūs vñ donū. S̄z nō ita ē in oib̄ relati-  
uīs. Nō em̄ oia q̄ relatiue dicunt suis ad se  
inuicē rñdet vocabulis. Vñ Aug. hoꝝ elī Aug. 5. de  
dēs opinione in. v.li. de tri. Nō te moueat  
inq̄t qm̄ diximus: spūsctūm nō ipsaz trinita-  
tē/ s̄z eu q̄ ē in trinitate relatiue dici: licet nō  
ei rñdeat vicissim vocabulū eius ad quē re-  
serf. Dicim̄ em̄ spūsctūm pris: s̄z nō vicissim  
dicim̄ patrē spūsctū: ne filius eī intelligat̄  
spūsctūs. Itē dicim̄ spūsctūm filiū/ s̄z nō dici-  
mus/ filiū spūsctū: ne p̄f eī intelligat̄ spūs-  
ctūs. In ml̄tis em̄ relatiuīs h̄ ɔtingit: vt nō  
inueniat̄ vocabulū q̄ sibi vicissim rñdeant.  
Lū ḡ dicimus/ donū pris t̄ filiū: nō qdē pos-  
sum̄ dicere patrē doni aut filiū doni: sed vt  
hec vicissim rñdeat̄/ dicim̄ donū donatoris  
t̄ donatorē doni: qr̄ h̄ p̄tūlū inuenit̄ vñca-  
tū vñcabullū/ illū nō potuit. Donū ḡ dona-  
toris t̄ donator doni cū dicimus/ relatiue  
vtrōq; ad inuicē dicimus: donator tñ non  
fuit deus/ n̄i ex temp̄: cū spūsctūs sit do-  
num etiam ab eterno.

Ita Est distinctio. xxvij. in q̄ maḡ pacto tra-  
ctatu de diuis noib̄: incipit agere s̄  
pprietatis ipſaz psonaz a qb̄ noia iponunt. Circa qđ  
tria facit. Nā p̄mo oñdit̄ p̄positū. s̄z q̄ sit illa pprietas.  
Sed oñuer̄ q̄stionē quandā circa dicta t̄ soluit eam.  
Tertio p̄ponit aliā q̄stionē quā discutit. Primi facit s̄  
p̄ncipio distinctiōis vñq; ibi: hic q̄rit̄ q̄stio. Sed om̄ abin-  
de vñq; ibi: hic q̄ri p̄t. Tertiū abinde vñq; ad finē di-  
stinctiōis. In speciali inīa maḡ stat in trib̄ p̄posi-  
tiōib; q̄ p̄ma ē hec. Noia pprietates psonales signi-  
ficātia nūq; accidētaliē/ sed tm̄ relatiue p̄dicant̄. Om̄t  
no noia sunt/ pañitas/ filiatio/ p̄cessio/ genuisse/ natū-  
esse/ generatio/ nariuntas/ pat̄/ filius t̄ spūsctūs t̄ hm̄i.  
Hac p̄pōne maḡ p̄bas p̄mittit p̄mo q̄ hoc nomē hy-  
postasis/ in p̄mitua ecclia a catholicis illibēter in vñum  
de diuis assumebat: nō qr̄ diuis nō cōueniebat: qr̄ sum-  
ptū p̄ supposito subiſſtēt̄ in natura diuine optime con-  
gruit: s̄z eo qr̄ heretici abutebant̄/ sumētes ip̄m p̄ essen-  
tia: t̄ sc̄tūs simplices p̄ ip̄m decipiebat. S̄cō subdit̄ q̄ s̄nt  
pprietates psonales de qb̄ vult agere dices: q̄ qr̄ nō ē  
pprietas pris inq̄t̄ pat̄: q̄ ip̄le nō sit nat̄/ s̄z certe q̄ ge-  
nerat̄. Et pprietas filiū ē nō q̄ nō generat̄/ s̄z certe q̄ lit-  
generat̄ vel genit̄. Et pprietas spūsctūt̄ ē nō q̄ ip̄e sit  
nat̄ vel q̄ generat̄/ s̄z a p̄f t̄ filio p̄cedat. Vñ pprietas  
psonalis pris ē generare: filiū generari: spūsctūt̄ proce-  
dere vel spirari. He aū pprietates sunt relatiōes qdā q̄  
bus psona ad se inuicē relate distinguunt̄: t̄ illis noib̄  
noian̄/ pañitas/ filiatio/ spiratio/ t̄ noia psonaz: sicut

## Distinctio XXVII

pater et filius et spūscetus a seipsis sumuntur. Tertio ostendit nomine p̄dicatiois horum nominū subiungit probationē apōnis p̄dicte dicēs: quod hīm̄ tñ relative et nō accidēta sit p̄dicant: eo quod s̄p ad aliqd esse et incomutabiliter dicitur. Et hoc probat magis auctoritate bti Aug. Ceterā p̄positio ē hec. Sola scđa psona in deitate prie dicitur filius dei: et tertia prie dicēt donū dei. Hāc p̄positioēz magis insinuās in tertiu q̄rit. Quod hoc sit verus quod esse filium dei solū sit p̄priū scđa in deitate psonae: cū in lep̄ iure natūrā in scriptura quod hoīes noīent filii dei. Ad quod r̄ndet magis: quod licet inueniat scriptū quod hoīes sūt filii dei: hoc enī nō ē nisi p̄ gratiā vel p̄ gratiā adoptionē: et nō p̄ generationē naturalē: hōies sūt filii solū p̄ ipsalē factiōnē nō p̄ generationē: sicut ē scđa psona in deitate. Et ē etiā alia differētia. Nā cū dī quod hō sit filius dei: ibi ly deus nō supponit solū p̄ psona p̄ris. Sīlīr dicit de spūscetu: quod ēē donū sit spūsancti p̄priū: quod licet multa sint dei dona: nulli tñ illo quod cōuenit esse donū eternū: sicut spūscetu bñ. cōuenit: quod est donū dei eterna p̄cessione: sicut filius dei eterna generatiōe. Et sicut filius p̄ generationē referēt ad patrem: ita spūscetus p̄cessione referēt seu relative dī ad patrem et filium: quod ēē relatio licet nō apparet apte in hoc noīe. Spūscetus: manifeste tñ apparet in hoc nomine donū. Tertiā p̄positio ē hec. Quāuis hoc nomine s̄pūssanctus tertie psonae diuīne specialiē appropriat: eo tñ oēs tres psonae quāq̄z cōīt nolantur. Hāc p̄priū p̄bās magis q̄rit: Utz sicut q̄libet psonaz p̄t dici spūscetus: an etiā ita tota trinitas p̄t dici spūscetus. Et r̄ndet ad hoc auctoritate bti Aug. dicēt: quod tā pāt quod filius quod etiā tota trinitas possit dici spūscetus: cū q̄libet istaz sit spūs et sancta. S̄z quā aut pāt aut filius aut tota trinitas dī spūscetus: nō ē nome p̄priū psonale neq̄ relatiōe. Pro quod notādū quod spūs p̄t accipi dupl̄r. Anō mō prout dī a spiritualitate: et tūc dī essentialē: et cōuenit cui liber psonae et etiā trinitati. Alio mō vt dī a spiratiōe: et tūc dī relative: et cōuenit solū tertie psonae. Sīlīr ly spūscetus p̄t accipi: p̄duab̄ dictiōib̄ distinctis: et tūc cōuenit tā patri quod filio et spūscetu et etiā toti trinitati. Et p̄t accipi pro vna sola dictiōe: et sic cōuenit soli tertie psonae in trinitate. Ultimo magis excludit errore q̄rundā dicētū: quod isti termini spūscetus et donū nō sunt nosa psonalia tertia psonā in diuinis significatiōe: eo quod nō dicērent relative ad hos terminos. s. pāt et filius. Qd̄ p̄bāt p̄ hoc: quod nō p̄t dici: pater ē spūsancti pater: et sīlīr nō p̄t dici filius ē spūsancti filius: quod alīs seq̄ret spūscetu filius genuisse: quod falso ē. Magis r̄ndet: nō obstante quod pater et spūsanctus sūt donū sibiūnicē nō r̄ndet vocabulis: nihilominus dicuntur relative: quod in his oporet magis accipe vocabula s̄m sensum relationēs quod s̄m sonū vocis: vt sic dicāt: Spūscetus ē spiratoris spūscetus: et donū ē datoris donū: sicut etiā dicēt in creatis. Caput ē capitati caput: et ala alati ala: agitur tē.

An easdē proprietates assignent Aug⁹ et Hylari⁹: et an iste sint que dicuntur paternitas et filiatio et processio. Capitulum I

## Capi. I et II Fol. 35

se patrē et genuisse filium: quod utiq̄z quidā p̄cedūt. Si autē hoc ē: cui ergo cōuenit ut sit pater ei cōuenit genuisse filium. Natura ergo diuina si pater ē/ genuit filium. Si dī nō genuit/pater nō est. S̄z quod audeat dicere: aut quod ipsa genuit filium/ aut quod ipsa pater nō sit. Si autē ipsa pater est nec quod filium genuit. Nō est ergo idem dicere aliquid esse patrem et gignere filium. Et ita non videtur una eadē quod esse proprietas.

**Notandū** ¶ talis argumentatio deficit: quod nō Addi. henricus de Wimaria.

Nā in p̄ma p̄positioē si debet esse vera/pater accipitur adiective. S̄z in scđa p̄positioē cū dicēt natura diuina ē pater/ ibi pater accipit substantiū. Nā si accipēt adiectiue falsa esset: quod diuina essentia nō ē pater: cū ei insit paternitas. Vel quod p̄ paternitatē distinguat et determineatur. Sed ē pater substantiū loquendo: quod ēille quod est pater siue quod p̄ paternitatē determinat et distinguat.

**Respoſio** vbi ostendit easdē esse proprietates. b

**Ad quod sine p̄iudicio aliorū** dicimus: quod easdē proprietates notauit uterque: quod licet diuersis verbis. Qd̄ emī Hylarius Quod sint ita/ ligenda verba Hylari⁹. Non sint ita intelligi debet. Propriū patris est quod semp pater ē. i. p̄prietas patris ē: qua semp pater est. Semper dī pater ē: quod semp genuit filium. Ita et p̄priū filius est quod semp filius ē. Filius semper ē: quod semp genitus ē. Ergo p̄petas quod pater/pater est/est: quod semp genuit. Et hec eadē dicit paternitas vel generatio. Et p̄prietas quod filius semp ē filius/est: quod semp genitus ē a patre: et hec eadē dicit filiatio vel genitura/vel nativitas/vel origo/vel nascibilitas. Sic et p̄prietas qua spūsanctus ē spūsanctus vel donū/est: quod procedit ab utroq; et hec eadem dicitur processio. In premissis ergo locutionibus eadem significare sunt proprietates.

**Quod nō est omnino idem dicere esse patrē et genuisse vel habere filium ita et de aliis.** C. II

**Ec tñ videt nobis oī** Non esse idem dicere: aliquid esse patrem et genuisse filium: vel aliqd esse filium et habere patrē: vel esse spūscetu et p̄cedere ab utroq; alioquin pater nō esset nomen hypostasis. i. psonae/ sed p̄prietatis tñ: sīlīr filius et spūscetus. Et ita non p̄ tria nota significarent tres psonae. Ideoq̄z dicimus: quod patris nomine non tñ relationē notat/ sed etiam hypostasim: id est subsistentiā significat: ita et filius et spiriūsanctus. Relatio/num vero vocabula. s. paternitas/ filiatio/ liatio/ et processio/ vel gignere/gigni/ procedere: ipsas tñ relationes non hypostases significant: siue habere filium et habere patrem:

Hec nota p̄t et filius et spūscetus nō tñ relationes/ s̄z etiā hypostases significat.

Paternitas/ filiatio/ et processio/ vel gignere/gigni/ procedere: ipsas tñ relationes non hypostases significant: siue habere filium et habere patrem;

Di. XXVII  
b3.4. ca. cū  
cor. 9.  
De p̄petā/  
tib⁹ psonaz  
s̄m q̄ diuer-  
sis noīb⁹ ex  
p̄mūr p̄ vo-  
cabula ma-  
gis visitata.

Arguit in  
oppositum  
quod non.

**I** Ec queri p̄t: Utrū p̄prietates quās Hylari⁹ supra assignauit. s. quod patrē semp est patrē: et filius semp est filius: s̄nt ille eadē p̄prietates quās Aug⁹ supius distinxit: dicens p̄priū esse patris/ quod genuit filium: et p̄priū filius/ quod genitus ē a patre: et spūsancti/ quod ab utroq; procedit. Ac deinde utrū et iste sint ille que dicuntur paternitas/filiatio/ processio. Vide et quod non sint eadē p̄prietates quas ponit Hylarius/ et ille quas ponit Augusti. Si emī eadē sunt: id est ergo patrē es-

# Liber

## I

Quid intelli- vt xbi gfa. Cū dicimus: deus ē pater: no se ga cū dī. s. de patris et relationē notamus et diuinā hypo līns: et deus ē stasim significamus: vt sit intelligētia talis spūssancius. Deus/vel diuina essentia ē par: id est ille q genuit: id est hypostasis q̄ habet filiū. Sīl deus ē filius: id est hypostasis genita/vl ha bēs patrē. Ita etiā deus ē spūssctūs: id ē hy postasis pcedēs ab vtro q̄: siue ille q̄ pce dit. Cū xō noia relationū ponimus in pdicatis: notioes ipsas tm̄ significamus/nō hy postases: vt cū dicimus deus genuit: id est habet filiū: et deus genitus ē: id ē habet pa trē. Et tūc oportet intelligi in subjectis hy postases tm̄/non essentiā que illis pprieta bus determinantur.

Or proprietates determinat hy postases nō substantiam: id est na turam.  
**Alle em̄ pprietas singu** le singul ppē cōueniūt psonis: et p̄ eas pso ne determinat: et a seūicē differt: et a se nō secedūt. Un̄ Joā. Damasce. Nō differūt ab inuicem hypostases fm̄ substantiaz/sed fm̄ characteristica idiomata: id est determinatiuas proprietates. Characteristica xō: id est determinatiua sunt hypostaseon et non nature: etenim hypostases determinantur.

Jo. Damasce.

Addi. henrici de wrimaria

Hic distinguū tur pprietas aperte.

Egidius de Bo ma.

# Capitulum III

sumit ibi differētia large pro distinctione.

Or sunt alia nomina psonarū eas dē proprietates notātia. s. genit⁹ ge nitor: verbū imago. Ca. III. e

**I**c nō est ptermitten

Dū: q̄ sicut paf et filius et spūssctūs noia psonaz sunt/ et pprietas psonales designat: ita etiā sunt et alia noia psonaz. i. q̄ ipsas psonas significat: et ea ppe tatef denotat: et easdē q̄s et noia pdicta. Un̄ et relatiue dicunt. s. genitor/genit⁹ x̄bū/ima go. Un̄ Aug⁹ in. v. li. de tri. ait. Vide dū est inq̄ h̄ significari cū dicit genitus/qd signifi cat cū dicit filius. Ideo em̄ filius/q̄ geni tūs: et q̄ fili⁹ vtq̄ genitus. Sic aut̄ fili⁹ ad Ibidem. patrē/sic genit⁹ ad genitorē referet: et sic paf ad filiū: ita genitor ad genitū. Idē in. vij. li. Idem. 6. d. de tri. Verbū qdē solus fili⁹ accipit: non sī tri. ca. 2. b. paf et filius tanq̄ abo sint vnū x̄bū. Sic em̄ De noia x̄bū dicit quō imago: nō aut̄ paf et filius sī bi et imago abo imago: s̄ fili⁹ solus imago patrē/quēad modū et filius. Idē in. vij. li. de tri. Verbū Idem. 7. d. fm̄ q̄ sapia ē et essentia/h̄ est q̄ paf/fm̄ q̄ x̄bū/nō h̄ est qd̄ paf: q̄ x̄bū nō est paf: et x̄bū relatiue dicit sic filius. Itē in eodē. Sicut fi Idē vbi. lius ad patrē referet: ita et x̄bū ad eū cuius ē verbū referet cū dicit verbū. Et ppereā nō D̄ non c̄ eo verbū q̄ sapia dicit: q̄ verbū nō ad se di cit: et tm̄ relatiue dicit ad eū cuius ē verbū sic filius ad patrē. Eo q̄ppe ē filius q̄ verbū et eo ē verbū q̄ filius. Sapia xō q̄ essentia: et ideo/q̄ paf et filius sunt vna essentia et vna sapia. Itē in eodē. Nō ē paf ipse verbū: sic Idē vbi. nec filius nec imago. Quid aut̄ absurdius ca. 3. c. q̄ imagine ad se dici? Idē in. v. Dicit relatiue filius: relatiue etiā dicit verbū et imago: filius. et in oibus his vocabulis ad patrē refertur. Idem. 7. d. nihil aut̄ hor̄ pater dicitur.

Breviūt summā colligit intelligētie p̄dictorum.

